nō hab; v̄n neq; v̄r p̄t ee purior
suo frōre s̄ deo. ¶ **¶** rōēz ponit ex
cōp̄atōē ad angelos. et ē a maiori
tū dicit. Ecce qui seruiūt ei non
sūt stabiles. et in angelis suis rep
perit p̄uitate. Que quide s̄m̄
s̄m̄ doctrīa catholice fidei plana
est. tenet em̄ fides catholica oēs
angelos bonos creatos fuisse. q̄n̄
quidā per propria culpa ren
derūt a r̄tudinē statu. quidā nō
ad maiore gl̄āz p̄uenerūt. ¶ **¶** at
angeli a r̄tudinē statu renderūt
mirū videtur p̄ duo. quorū v̄m̄
p̄tinet ad v̄m̄ cōtēplatiua. aliud
ad v̄m̄ actiua. ¶ **¶** ex vi ei cōtēpla
tiua videbat̄ q; in angelis debet
ee stabilitas. manifestū est autē q;
causa stabilitatis est potentia.
causa nō immutabilitatis est actus
Est em̄ de rōē potēne q; se hēat
ad ee et ad nō esse. s̄ s̄m̄ q; magis
p̄fintur ab actū s̄m̄. ¶ **¶** stat̄ v̄m̄o.
id nō qđ s̄m̄ se actus ē oīno imo

bile. ¶ **¶** tenendū est autē q; sicut
mā ad formā p̄p̄atur. ut potē
ad actū. Ita uolūtas ad bonū.
¶ **¶** ergo qđ est ipm̄ bonū s̄ deus
oīno imūbile est. ceterarū uēo
naturarū uolūtates que nō ip̄
bonū sūt p̄p̄antur ad ipm̄ ut
potētia ad actū v̄n q̄nto magis
m̄heret ei. tātomagis stabilit̄
in bono. et iō tū angeli int̄ re
teras creaturas magis et p̄p̄o
quius uideant̄ deo m̄herere ut
pote subtilius ipm̄. ¶ **¶** cōtēplati
uantes stabiles m̄ ceteras
creaturas uident̄. et tū nō fue
rūt stabiles v̄n multo m̄ inf̄
riores creature s̄ homēs. q̄ntū
em̄ deo m̄herere uideant̄ ip̄
in colendo qđ est ei s̄uire stabi
les iudicari nō p̄t. ¶ **¶** ex vi uero
actiua videtur q; in angelis ul
nichil uel modū de p̄uitate ee
possit. q̄nto em̄ regula p̄p̄uod
est p̄ime r̄tudinē. tāto minus
habet de obliquitate. ¶ **¶** deus em̄
in quo est p̄ma r̄tudo. sua p̄
uideria digens v̄m̄isa inf̄iores
creaturas per superiores disposit̄
v̄n in superiorib; creaturis quedi
cuntur angeli q̄ a deo missi ad
alia digenda minimū ul nichil
de p̄uitate videtur ee. ¶ **¶** n̄ n̄
in eis iūcta sit p̄uitas q̄redēn
est q; in quouis hōie q̄ntū
magis appareat p̄uitas possit
inēiri. ¶ **¶** tenendū est autē ne ex
h̄is v̄bis aliquis indat in erro
origenis. qui enā m̄r quosdā
sp̄s creatos instabiles asserit et
posse ad p̄uitate p̄duri. hoc
ei aq̄m per gram̄ conseruti sūt

ut immobili deo adherent ipsi
 per eandem videtur. Et hoc etiam
 aliquibus spiritibus sunt infiores ne
 qui angeli per gratiam concedit
 etiam in hac vita quod sunt a puritate
 te per motus immunes. **¶** **¶** aut
 roem ponit supra ex condicione
 humana cui coniungitur conclusio ra-
 non precedentis vni potest etiam ex du-
 abus vna ratio fieri et hoc cum
 dicit. quomodo magis hi qui inhi-
 tant domos luteas. **¶** Est autem hu-
 mana condicio talis. quod ex terrena
 materia corpus eius partum est
 quod desit in dicit quomodo magis hi qui
 inhabitant luteas domos. **¶** Corp9
 em humanum luteum dicitur quod ex
 terra et aqua grauis elementis.
 humidius constat. quod eius motus
 declarat. **¶** Vn gen 1 dicit. quod for-
 mauit deus hominem de limo terre.
 hoc ergo luteum corpus. domus
 autem dicitur. quia anima secundum aliquid est
 in corpore sicut homo in domo.
 uel sicut nauis in nauis in partu
 si est motio corporis. **¶** fuerunt autem
 aliqui qui per hoc dixerunt quod anima
 non vnitur corpori nisi accidentaliter
 sicut homo uestimento aut sicut
 nauis nauis. **¶** Sed ut opinione habet
 excludet subdit. Qui tremum hnt
 fundamentum. per hoc datur in-
 telligi quod anima humana vnitur corpori
 etiam ut forma materie. **¶** dicit etiam
 materia fundamentum forme. eo quod
 est prima pars in generatione. sicut fun-
 damentum in constructione domus.
¶ dicitur autem tali modo loquendi ut
 illud quod est anima tribuat homini. non vero
 quia anima sit homo ut quodam posue-
 runt dicentes hominem nichil esse

aliud quam animam induta. si quod anima est
 principalior parte hominis. vniquodque enim
 consuevit appellari illud quod est
 principalius in eo. **¶** Verum autem duo
 que de hominis infirmitate dicit vi-
 dentur quod ponit hijs. que super de
 angelorum excellentia dicitur. **¶** Na
 hoc quod dicit qui habitant do-
 mos luteas. videtur ponere contra hoc
 quod dixerat. qui seruiunt ei. quod est
 inherere ei. et in ipso spiritu in-
 habitare. **¶** **¶** uo dicit. qui tre-
 mum hnt fundamentum. ei quod dixerat.
 in angelis suis. **¶** Angeli enim sunt
 natura incorporei. secundum illud per. qui
 fecit angelos suos spiritus. **¶** Ex pre-
 missa autem hominis condicione mise-
 rabile euentum concludit dices. **¶** Co-
 sumetur sicut velut a tineas. **¶** Et quod
 potest secundum super fine hinc de morte cor-
 porali intelligi. quia homo immo
 partur. ex eo quod tremum habet fun-
 damentum. **¶** Et secundum hoc potest assignari
 duplex mors scilicet naturalis in hoc quod
 dicit. consumetur uelut a tineas.
 tineas enim sicut uestimentum corrodit
 quod ex uestimento nascitur. et ita mors
 naturalis ex causis interioribus
 corporis exortitur. **¶** Et mors violenta
 subditur. **¶** De mane usque ad uesperam
 succidentur. **¶** Summis enim arboribus
 ex causa exteriori preedit. **¶** Et satis
 signat dicit. de mane usque ad ues-
 peram. quod mors naturalis potest per aliquam
 signa agnoscitur si mors violenta
 omnino incerta est. ut potest diuisis.
 causis subiecta vni non potest fieri
 si homo de mane usque ad uesperam
 periciat. **¶** Facendum tamen est quod hoc
 non est inferno linc. nam super pro-
 sunt de deum proinde non diceret.

qui in angelis suis reperit p
uitate. vñ ut conclusio pmissis
rñdeat. oportet hoc ad pñm re
ferre per quod vna iustine in
homine cōsūtur dupl̄. Vno ex
miori corrupcioe. qđ sigt̄ cū dicit
cōsumētur uelut a tinea. Sicut ei
uestimentū a tinea que ex ea
nascitur. Ita iustina hoīs cōsūt̄
ex hīs que in xpō hoīe sūt. sicut
est corruptio fornicis. male cogi
tioes et hōi. Alio ex miori tēp
tatione. qđ nōtur. ex hoc qđ dicit
de mane usq; ad uespam succidē
Et cōsiderandū est qđ mior tēp
tatio nō subito hoīez p̄st̄nt s; pau
lati. dū per negligētia animi in se
ipō pñm uicia xp̄mē nō curat iux
illud em̄. i. qđ modica negligit
paulatī defluet. sicut uestimentū
qđ nō excutit̄ a tinea cōsumitur.
Et tior uō tēptatio hoīem plerūq;
subito p̄st̄nt. sicut dauid in
asp̄cū mulieris. in adulteriu pro
rupit. et multi etiā in temētis
fidē negauerūt. Quorūq; ei mō
homo per pñm ruat. si pñm
suū r̄gnoscat et p̄teat. mīaz
consequetur. s; qđ nullus est qui
om̄ia possit r̄gnosce. sicut illud p̄
delicta quis intelligit. sequit̄ qđ
plūm̄ hoīm p̄tā r̄gnoscentes
eis r̄media nō adhibeant per q̄
libentur. et hoc est quod subdit
Et quia nullus intelligit s; lapsū
p̄tōrū m̄t̄m̄ p̄būt s; plūm̄
quasi a p̄tō m̄q; liberati. Et qđ
aliqui sūt. qui rōnt̄ p̄tā r̄me
dia adhibet. licet nō ea plene
intelligant. sicut dauid qui dice
bat. ab occultis meis mūda me

dn̄e. subiūgit. Qui aut̄ reliqui
fuerūt s; de mō eorū qui me
tūm p̄uenit auferent̄ ex eis
s; segregabunt̄ ab eorū cōsōr̄io.
morientur quidē. qđ q̄uis homo
a p̄tō p̄teat. a mortis tamē
n̄ritate nō liberat̄. si sapiā in
eis nō morietur. et hoc ē quod
dicit. Et nō in sapiā. ¶ Vel hoc
qđ dicit. morietur et nō in sa
piā. nō r̄ndit ad im̄mediate d̄s
sed ad illud quod sup̄ dixerat. me
tūm p̄būt. et sic est sensus qđ
morientur s; sapiā. ¶ Vel hoc
qđ dicit. qui aut̄ reliqui fuerūt
p̄t̄ intelligi de filiis qui relin
quuntur ex parentibus p̄t̄ib;.
qui p̄ p̄tā p̄tū que im̄itat̄.
et ipi auferuntur s; sapiā mo
rientes. ¶ Vlt̄ ergo ex om̄ib;
istis elephas h̄re. qđ cū conditio
hoīs sit tam fragilis de facili
cadit in p̄t̄m. qđ dū homo nō
r̄gnoscat. in p̄d̄nōne uadit ip̄e
et filij eius. Et sicut iob licet se
p̄tōrē nō r̄gnosceret. credendū
erat. qđ p̄ p̄tā aliq; ip̄e et filij
eius perierūt. ¶ Et sic ip̄e post
qđ r̄uelacionē sibi fr̄m̄ expo
suerat. quia posset iob. hanc
r̄uelacionē nō credē. subiūgit.
¶ Nota ergo si est qui tibi r̄ndeat
quasi dicit. si michi hoc r̄ue
latū nō credis. imp̄e mōra d̄s.
si forte ip̄e ad hāc dubitacionē
r̄ndere tibi uoluit. Et si per
merita p̄p̄a hoc optinere a deo
nō putas. Ad aliq; s̄tōrū cōitē
ut eo mediante h̄ rei uitate
a deo r̄gnosce possis. ¶ Et mōnd̄
qđ dicit. ad aliq; s̄tōrū qđ nō licet

per imūdos spūs quorūq; mō ul
 arte occulta pquire. s; solū per deū
 uel per scōs eius. s; illud ysa. vñ.
 nū dixerint ad uos qrite a phito
 mbus et a diuinis. qui student
 uanitatib; suis. nūq; nō plus a
 deo suo requireret uisionē q; uinū
 aut pro mortuis **ca. qm̄**

Uirū stultū int̄ficiat uanūdia
 Quia in uelatioe quam
 sibi fecim̄ comōrat ee elīphas. m̄
 cetera hoc cōmetur q; hoies qui
 frenū hnt fūdamentū cōsumetur
 uelud a tinea. vlt hoc hic oñdere
 per diūsas homi conditiōes. Non
 est em̄ aliq; homi conditiō cui non
 assit aliqua prouitas ad aqō pccm̄.
 Sūt aut̄ due homi conditiōes: quidā
 sunt magni et elati qui facile pro
 uocantur ad irā. qd̄ iō est quia irā
 est appetitus vindicē ex pcedenti
 offensa proueniens. qnto em̄ aqius
 est magis elati aīmi. tāto ex leuo
 ri causa se putat offensū. et ideo
 facilius prouocat ad irā. et hoc ē
 qd̄ dicit. Vñ stultū int̄ficiat uanū
 dia. Vocat aut̄ eū qui est supbi
 et elati aīmi stultū. quia homo p
 supbiā papue methas rois excedit.
 et huilitas mā sapiē parat. s; m̄.
 pūbiorū iō ubi huilitas ibi et sapiā
 cū hoc enā stulticia uanūdie cōpe
 tit. Vanūdius ei ut docet phūs uti
 quadā roe pro offensa dū int̄dit
 vindicē sed pūse dū in uindicta mo
 dū rois nō seruat pūsitatē aut̄ ra
 rois stulticia est. Quidā uō sūt pu
 sillāmes et hñj promi sūt ad iū
 diā vñ subdit. Et pūillū occidit
 iudicia. Et hoc rōbilis dicit. Inu
 dia em̄ nichil aliud est q; tristitia

de prosperitate aliam igitur prof
 peritas eius estimatur qpe prospe
 ritatis impedimētū. hoc aut̄ ad pūi
 tatē aīmi ptinet. q; aliquis existet
 se nō posse prosperari p̄ aliorū
 prosperitatē. Sic ergo manifestū
 uidetur q; homo cuiusq; conditiō
 existat. prouus est ad aliud pccm̄.
 facile ei esset salū de alijs pccis m
 ducē. Sic ergo per oīa sup̄dicta e
 liphās probare intendit q; adūsi
 tates in hoc mūdo nō adueniūt aīni
 nisi prop̄ pccm̄. Cont̄ qd̄ uident̄
 esse due rōes quarū vna est q; iusti
 multi uidentur adūsitatib; subdi
 s; hanc obiectiōne dissoluē rufus
 est per hoc q; hoies esse oñdit fa
 ciles ad peccandū. **N.** obiectio ē
 q; aliqui nūq; in hoc mūdo prof
 perantur. cui cōsēpt̄ satisfare m
 tendit per hoc q; prosperitas eorū
 in malū p̄pōrū rōndat. **Vñ** dicit
 Ego uidi stultū et hoīem in diuinis
 supbientē. firma radice et firma
 tā in prosperitatibus huius mūdi
 ut uidebatur s; enā prosperitatē
 nō approbam. quāmo. Et maledixit
 pulcritudini eius statū. **Vbi** cō
 siderandū q; loquit̄ de hoīe sub
 methafora arboris cui si radix
 fuit firma pulcritudine habet
 in ramis et fructibus. **Compat**
 ergo prosperitatē hoīs in diui
 nis firmati pulcritudini arboris
 quā maledixit. et mala ei p̄minat
 et notūa. s; illud eēn̄ q̄nto. est
 et alia infirmitas pessima quā ui
 di sub sole diuicie cōsuate in ma
 lū dñi sui. **Ad**dit aut̄ statū ut oñ
 dat se de hac s̄mā nullatenus du
 bitare. **Que** aut̄ mala ex p̄spitate

stulti prouentiant ondit **P**rimo quā-
tū ad filios. frequēt em̄ configit
q̄ qm̄ aliquis diues et potens fi-
lios sine disciplina nutrit quod
propū est stulti. filij eius in mul-
ta picula madūt **E**t qm̄ quidē
propt̄ odia que int̄ se cōtant
absq̄ iudicio p̄uunt. **V**el enā dū
ip̄i sibi nō cauet̄ mordiate delat̄
tionibus utentes uitā amittūt
et qm̄tū ad hoc dicit **L**onge fient
filij eius a salute. **R**ūq̄ uō dū ci-
lūpnas et iurias alijs inferūt
corā iudicib⁹ cōueniūt et q̄depnā
et qm̄tū ad hoc dicit **E**t cōterent̄
in porta. et per s̄maz iudicū. **N**ā
iudices olim in portis sedere sole-
bant **E**t quia hoīes stulti in q̄s-
peritatibus nullū dubitat̄ offen-
de. in adūsitatib⁹ nō inueniūt ad-
iutorē. et iō subdit **E**t nō erit
qui eruat. **S**z quia possi aliquis
dicē **N**ō curo q̄q̄ accidit filijs me-
is dū ego prosperitate fruor i
hoc mūdo iō possit 2^o mala p̄uen-
ientia ip̄i stulto. et in rebus et in
p̄sona dicens **C**ui melle fameli-
cus q̄det. frequēt em̄ hoīes stul-
ti diuicijs hndantes pauperes
oppmūt. qui qm̄z q̄uamā susti-
nere nō ualetēs quasi quadā ne-
cessitate ad rapiēda bona diui-
tū cogūtur **E**t quia tales hoīes
delinose uiuentes solet̄ per uite
delicias uigorē amittē et ibenil-
les esse. de facili a paupib⁹ belli-
cosus destrūit. **V**n̄ sequit̄ **E**t ip̄z
rapiet armatus. et absq̄ oī resistē-
tencia **V**t aut̄ qd̄ dixerat de mes-
sibus gnālū intelligat̄ subiūgt̄
Et bibent sumentes diuicias eius

et homines cupidi. **R**emotis ergo
obiectionibus finalit̄ induit̄ ra-
tionē ad probandū int̄tionē p̄i-
cipalē s̄ q̄ adūsitates in mūdo nō
prouentiant aliam nisi pro p̄o
et est rano talis **Q**uerūq̄ fuit̄ in
tra ex proprijs et detiatis causis
prouentunt. si q̄ adūsitates in h̄
mūdo accidant aliam. h̄c detiatis
causā habet que nulla alia uidē
esse nisi p̄ccm̄. **H**oc est ergo quod
dicit **N**ichil in tra s̄n̄ causa fit
et uidemus omēs effrūs ex causis
detiatis procedē. ex quo q̄i cōclu-
dens subdit **E**t de humo nō egre
dicitur dolor. et ē metaphoricā
locutio. quedā em̄ herbe sine se-
mē producūtur de quibus dicit̄
q̄ eas humus sponte profert
quāq̄ em̄ s̄n̄ propa causa q̄riget̄
quasi sine semē per quadā s̄tim̄
dicit̄ methaforice possi dicit̄ q̄ ori-
tur de humo. **D**olor aut̄ q̄i adū-
sitas nō orit̄ de humo et nō ē
sine causa **E**t aut̄ dixerat in
tra sine causa nichil fiat ex h̄o
p̄cipue māfestū reddit̄ q̄ oīa
hnt̄ naturale disposicioez q̄grua
proprie op̄anom **E**x quo appa-
ret q̄ disposicioes nales rerum
nō sūt sine causa s̄ p̄ detiatis
finē. et iō dicit̄ **H**omo ad laborē
nascitur et auis ad uolandum
Māfestū est em̄ q̄ quia propus
motus que nā auis requirēbat
est uolatus. oportuit eā h̄re instrū-
mētū cōgrua ad uolandū s̄ alas
et p̄nas. **H**omo uō quia roem
hebat p̄ quā poterat q̄p̄o laborē

sibi omnia nra adumta acqre
 nali productus est absq; oibus
 adumtis. que na alijs malib;
 dedit s absq; tegumeto absq; ar-
 ms et alijs hys que sibi labore
 apo parare poterat ex industria

Quobre **||** raron.
 Ego deprecabor dnm r Quia
 elyphas pposuerat oia que m f-
 ris fiebant detiata hre causa
 et hoc probauerat per hoc q
 res naturales apparebat ee dis-
 poute p fme. Hoc aut q res na-
 turales sint p fme potissimu
 argumetu est ad ondedu mudi
 regi diuina prouideria no oia
 ugi fortuito. et io elyphas stati-
 ex pmissis concludit de rigime
 diuine prouidene. **S**nedu e
 aut q diuina prouideria subla-
 orois fructus tolletur. et cogno-
 dei nr res huanas que tn nre
 est pone eu qui rigime pvide-
 ne concedit. et io elyphas con-
 cludens dixit ex quo oia que m
 frs sunt sunt p fme nre est
 concedi rigime rste prouidene
Qobre ego deprecabor dnm qsi
 oroe fructuosa exite ut pote do
 disponete res huanas. **E**t ad deu
 ponā eloquiū meū ut pote ggs-
 rente dicta et fra et cogitata hu-
 mana. **N**o nu) cofinanoez subui-
 git ea que maxie diuina prouideria
 ondu. **E**st aut sciendu q qui
 negat diuina prouideria oia que
 apparet m rebus mudi ex nra
 tate causarū naliū pueire dicit
 utpote ex nritate calore et fgoze
 grauitatis et leuitatis et aliorū

huoi. **E**x hys ergo potissie diuina
 prouideria manifestat quoru rō
 reddi no pt ex hys naliū p pnci-
 pns. m que vnu e detiata m aug-
 mento qntitas corpū hui) mudi.
No em pt assignri rō ex aliquo
 pncipio nali. qualis sol aut luna
 aut tra sit tante quatitate et no
 maioris aut mōus. **V**n nre est
 dire q ista dispesano qntitatu sit
 ex ordine aliorū mntellūs. et hoc
 designat m hoc quod dicit. **E**m
 fant magna. qui res m detiata
 magnitudie dispoit. **P**ursus si
 omnia ex nritate pncipiorū nā-
 liū pueiret. cu pncipia nalia
 sint nobis nota. habem) via ad
 igurandu oia que m hoc mudo
 sut. **N**ur aut sut aliq m h) mū-
 do ad quoru ggnitione nulla iq-
 suroe possum) pueire. ut pote
 substa) spuales distacia stellarū
 et alia huoi. **V**n manifestū est
 ea no pcedē oia ex pncipiorū
 naturalū nritate s ab aliquo su-
 periori mtellū res esse institutas.
 et p hoc addit Inscrutabilia. **Q**ue-
 quedā sut que videm) quoru rōez
 nullo) possum) assignare. puta q
 stelle disponūtur s m tale figura
 et m hac pte celi. et m alia s m alia
Vn manifestū est hoc no proueire
 ex pncipis naliū. s ab aliquo
 superiore mtellū. **E**t p hoc addit
Et mirabilia. **S**ic ei differt inscru-
 tabile et mirabile. q inscrutabi-
 le est ipm qd latet et p qri no pt.
 mirabile ei est ipz qd apparet qde
 s causa eius pquiri no pt. **F**rie-
 du est aut q aliqui posuerut dis-
 pone rerū s m quedā ordine mū-

a deo procedē. ut pote a p̄mo vno
simplici p̄cedit tm̄ vnus effctus. p̄
in quo iā aliq̄ cōpōsitiō et plura
litatis apparet uel ~~apparet~~ hētur.
et ex ip̄o procedūt duo uel tria
que sūt min̄ simplicia. et sic gra
datum s̄m̄ eos procedit tota rerū
multitudo. s̄m̄ quā quidē positiōne
tota vlt̄ positiō nō ex ordīe intel
lectus diuini s̄ ex quādā nēcessitate
nature. Vñ ad hāc positiōez r̄mo
uendā subdit Absq̄ n̄o. Vel quia
absq̄ nēcessitate n̄alis ordīs res in eē
nature producte sūt. uel quia ime
diate a deo im̄abilia producta s̄.
quod p̄cipue apparet in celo p̄mo ī
quo sūt plures stelle. Sic ergo ely
phas oñdit p̄ductionē rerū esse
p̄mo a deo. et nō ex nēcessitate nature
Consequēt oñdit rerū factarū
cursū diuina p̄uidētia gub̄nari. et p̄
in rebus naturalibus ex eo q̄ res
naturales cōtēpate esse uidentur
ad uitā hoīm et aliorū aīalū usum.
Vñ licet naturalis elementorū or
do aliud requirē uidentur. Si quis
enī in elementis grauitatē uelle
uitatē considerat. manifestū est na
turalit̄ trā in elementis aque subia
cere. aeri uō aquā. aerē uero igni
Inuēitur enī aliqua pars trē dis
coopta ab aquis im̄ediate aeri sub
iacere. alit̄ enī aīalia resp̄rācia
in trā uiuē nō possent. Et rursus
ne trā ab aquis discoopta sua sic
citate infructuosa et inhabitabil
reddētur. Dupliat humectatur.
A deo p̄mo quidē per pluuiā qua
sup̄fines trē infunditur. et q̄ntū
ad hoc dicit Qui dat pluuiā sup̄
fanē trē. Alio q̄ntū ad fontes ri

uos et fluuiā quibus trā irrigat̄
quorū p̄ncipiū sub trā est sicut
pluuiē in alto. et q̄ntū ad hoc
dicit Et irrigat̄ aquis vniūsa
Quē oñdit op̄atiōez p̄uidētia
in rebus huānis. et quidē si res
huāne curreret s̄m̄ q̄ earū dis
positiō uideretur exigē. nullū uel
parū in eis diuine p̄uidētia
appareret uestigiū. s̄ rebus hu
manis alio curretibus. stultū q̄
sup̄iores causas nō considerat
hoc casū et fortune attribuit.
ex quorū p̄sona salōn̄ em̄t̄ no
no. Vñ sub sole neq̄ uelōnū eē
cursū. neq̄ fortunū bellū neq̄ sa
piētū panē neq̄ doctorū di
cias. neq̄ artificū gram̄. s̄ ip̄s
casūq̄ in oībus. Elyphas autē
in alioz causa hoc refert s̄ in
p̄uidētia. Et p̄mo q̄ntū ad
op̄ssos. qui de ifimo eleuantur
ad alū et quāntū ad hoc dicit Qui
ponit huiles et deictos in subli
mia. ut de dolore tūfferant̄ ad
gaudiū et q̄ntū ad hoc dicit Et
merentes erigit sospitate. Vñ
tū ad opp̄metes. quorū duplex ē
genus. quidā ei manifeste opp̄mit
alios per potētia et q̄ntū ad hoc
dicitur Qui dissipat cogitatio
nes maloz ne possint implere
manū eoz qd̄ reperat. quia s̄
in ip̄a op̄is p̄sentioe a deo ip̄e
diuntur ne vniq̄ cogitatioes pos
sint p̄ducē ad effm̄. Qui uō p̄
astutas detripuit et q̄ntū ad hoc
dicit Qui opp̄hendet sapiētes s̄
in astutia sua. maḡntū s̄ ea que
astute cogitat̄ in ḡm̄ p̄posito eozū

Et consilia p̄uorū dissipat dū sea
 que ab eis sapient̄ cōsilia uidetur
 aliquibus ip̄edimēns subinductis
 ad effm̄ p̄dure nō p̄nt. q̄m̄z uēo
 nō solum astute q̄silia ip̄eduntur in
 ope s̄ enā eorū mēs obscuratur
 ne in cōsiliando possit discernē
 meliora v̄n̄ subdit. Per diē in
 rūt tenebras quia s̄ in re māi
 festa quōd fanat̄ nescit. Et quasi
 in nocte sic palpabūt in meridie
 in h̄is que nullo mō sūt dubia
 sūt dubitabant in meridie sicut
 in rebus obscuris. ut hoc ex diuina
 prouidētia prouēire uideat sub
 iungit utilitatē ex p̄miss̄ p̄uenien
 tē. dū ei ex malignorū astutia i
 peditur. paup̄es ab eorū decep
 tationibus liberantur. et hoc ego
 subdit. Porro saluū faciet egemū
 a gladio oris eorū. qui ei astuti
 sunt in malo blandis v̄bis et fir
 tis alios seducē solent. que quide
 uerba in nocēdo gladio cōpant̄
 s̄m̄ illud p̄o lingua eorū gladius
 acutus. Cū nō op̄ationes malorū
 ip̄eduntur a deo. manifestū ē q̄ pau
 peres saluātur v̄n̄ sequit̄. Et de
 manu violenti paup̄ere. Et ex hoc
 duo sequuntur. quorū v̄nū est q̄ ho
 mines qui ex serpis ip̄otentēs sūt
 de diuina prouidētia cōfidūt. t̄p̄ deo
 de rebus hūm̄is curante. V̄n̄ sub
 dit. Et est egēno spes. Aliud est
 q̄ hoīes potentes et n̄qui serpos
 rep̄mūt et retrahūt. V̄n̄ sequitur
 Iniquitas aut̄ cōstet os sūm̄ s̄ ne
 ex toto malignētur i p̄m̄ic̄ aliorū
Beatus homo.
 qui corrigitur a deo. Sicut
 sup̄radictum est elyphas i sup̄io

ribus b̄tm̄ iob ip̄aciēne arguebat et
 p̄sūp̄tionē sup̄ iob q̄ assernerat se i
 nocentē. **N**ur aut̄ despariorē ab eo
 nititur auferre ex quo v̄ba illa
 credidit prouēire quibus iob vita
 suā fuerat detestatus. **S**ciendū ē
 aut̄ q̄ ex sup̄d̄is quibus diuina pro
 uidētia tā circa res nāles q̄ circa
 res hūmas asserunt hoc accipit t̄p̄
 notū q̄ omēs adūsitates hoīb̄ diuino
 iudicio iudicantur s̄ quibusdā quide
 ad ultimā dāpnationē qui sūt irori
 gibiles. quibusdā aut̄ ad correccio
 nē qui per adūsitates emēdantur q̄
 asserit esse b̄tos dices. **O**ptus homo
 qui corrigitur a deo. **S**i em̄ correp
 tio ab hoīe salubris qui t̄n̄ p̄f̄e
 sare nō p̄t mēsurā et modū s̄m̄
 que possit salubris esse correptio
 nec est omp̄s ad mala rimouēda
 et bona t̄buēda. multo maḡ debz
 xp̄i salubris et felix dei oīpo
 tentis et om̄nia s̄c̄tis correctio
Ex qua s̄ma ad p̄p̄itū cōcludit. In
 crepationē igr̄ d̄m̄ ne r̄p̄bes quasi
 dices. licet adūsitates paucis a
 deo p̄ tua p̄cc̄a. t̄n̄ debes estare
 q̄ hoc quasi quedā increpationē d̄m̄
 ad te corrigēdū. V̄n̄ nō debes h̄c
 adūsitatē in t̄m̄ r̄p̄robare ut
 uitā tuā h̄eas odiosa. Et p̄d̄orū
 causā subiungit dices q̄ ip̄e vul
 nerat. grauiori adūsitate et me
 detur. aufēndo mala et bona res
 tituedo. et prout leuori adūsitate
 et manus eius i op̄ationes sanabit
 i liberabit. **N**ō ergo elyphas eū
 qui corrigitur a deo b̄tm̄ asseruit
 p̄ futura uitā quā nō credebat
 sed p̄ p̄ntē in qua post correptionē
 a deo optinebat h̄o immutātē a

hoc

malis et hndancia bonoru Vn
gnr subiugit De immutate a mal
dicens In sex t'bulacoibus libe
rabit te et in septia no tanget te
malu. quia em septenario dieru
ome tepus agitur solet septena
rio nuu vniuersitas designari ut
sit sensus q' ei qui a deo corripit
post emedatioez nulla nocebit ad
uisitas Et quia sm eius smaz q'to
magis aliquis fuit depuratus a
culpa tato min' aduisitate patit
in hoc mudo. io dicit In septima
non tanget te malu quasi an eme
datione homo ab aduisitate no li
beretur Cu incipit liberari ab ea
tangitur s' no oppmt' deo libera
te Post fram aut liberatioez oio
no tangitur qd vni est qritu ad
mente que du fine in rebus hua
ms costituit aduisitatib' mudanis
oppmtur Cu aut ab eis am sim
ruocans deu amare reperit. tris
tatur quide in aduisitatibus s' no
oppmtur quia spem sua no habet
in mudo Cu aut totu mudu cotep
serit. tur aduisitates eu nix tanget
Non e aut hec sma vera quatu
ad corpus sicut elyphas ea itellext
cu viri pfallim mtdu gussias
aduisitates patiantur sm illud pe
p te mortificamur tota die quod
de aplis inducitur Et quia septe
t'bulacoies tetigerat/eas subsept
emiat **F**riendu est aut q' qnz
aduisitas est ex aliquo pticulari
pulo alicui' p'one quod quide
aliqui est cont' vita cozpalem
eius que qnz aufertur per sub
tractione nenou. et quantu ad
hoc dicit In fame eruet te de

morte. quasi dicit. pateris quide
fame utpote mtepatus a dno
s' ex hoc no pueres ad mortem
deo liberante te et hec est pma
tribulatio **Q**uz no aufertur p
uolencia alicui' mfeitis noim
tu et quantu ad hoc dicit Et in
bello de manu r p'ate glady q'
dicit. supueiet tibi bellu s' in po
tencia glady no deduceis. et h' 2^a
t'bulatio. Aufertur aut et vita
cozporalis per morte naturale
s' hoc m' t'bulacoies no gputat
cu natura hois hoc requirat.
Quz aut p'sonale p'ulu est cot
fama hois que ptinet ad vita
hois civile. et qritu ad hoc dicit
A flagello lingue absconderis
Dicitur aut flagellu lingue de
tractio gunt infirmatis. a quo
tur homo absconditur cu fra sua
de quibus possit ifamari later
detrahente. et hec 3^a tribula
Quz aut aduisitas e ex p'ulo
aliquo gnali. quod quide immi
uel p'sonis uel rebus. P'ois qde
utpote qn alicui p'rie exatus
hostiu supueit. per que immet
qritu ad hoc dicit Et no timeb'
calamitate cu uenerit. q' dicit.
immete calamitate ab hostib'
tue p'rie no timebis. et h' qritu
t'bulatio **R**ebus aut immet
ge p'ulu per sterilitate tre
quod est tpe famis uel per ali
qua deuastatioez fructua ab
hostibus. et quantu ad hec duo
dicit In uastitate et fame rideb'

quasi dicit. hndancia hebis que
 erit tibi matia gaudi. et sic ta-
 gitur quita et sexta tribulatio.
Quz aut est adusitas ad pug-
 natione brutoru aialu. siue i
 si siue in ptulari. et quatu ad
 hoc dicit **Et** bestia tre no formi-
 dabis. et her uidetur ee septima
 tbulatio in qua no tanget ma-
 lu. Post imutata aut a malis
 ponit hndancia in bonis. **Et** p^o
 quantu ad sterilitate fraru di-
 rens **Sed** cu lapidibus regionu
 pactu tuu. r eaa tre lapidose
 et steriles tibi afferet fructu
 fm illud deut^{oy} 33 ut suget mel
 de petra r **Q**o qntu ad aialia
 bruta. et qntu ad hoc dicit **Et**
 bestie erut tibi pascire non te
 offendet **P**ossut et her duo a-
 lu expom. ut p lapides itelliga
 hoies duri et rudes **P** bestias
 homies crudeles **Q**o qntu ad do-
 mestros hoies. cu dicit **Et** scies
 q pare heat tabnatulu tuu. r
 facta tua pare hebit adiuire
Quarto spatu qntu ad uxore
 et quatu ad hoc dicit **Et** nisi
 tans spem tua non pettabis q
 d. hebis uxore ma honesta et pa-
 rifici cu qua gisari poteris
 sine pcc^o **Q**o qntu ad filios
 unde dicit **Et** scies qm multplex
 erit seme tuu. pgeies tua q
 herba tre r hebis multos filios
 et pexotes **Q**o qntu ad pari-
 fici et queta morte et qntu
 ad hoc dicit **In**gredieris in
 hndancia sepulchru quasi in bo
 prosperitate no spoliatq rbtus

Sicut misertur aceruus tritici in
 tpe suo. quasi no puctus itepellua
 et subita morte **Q**lto aut appbat
 ea que sup dicit dices **Tre** hoc
 ut iuestigauim? ita est. et qz ex-
 istiat iob ita ee tsthys absdptu
 q talia no multu cogitact. eu id
 dit attentu dices. **Q**d auditu e
 mente ptracta. **m. vi.**

Respondens aut iob dixit.
Sicut ex superiorib? patet
 elyphas in lameto iob tria notauit
 rat. Desparioez quide quia videba
 appetu se no ee. **I**mpanena siue
 imoderata tsthia p suspria et
 gemitus quos se ppeti dicebat.
Psuptione. quia inorete se asserue-
 rat **Et** cont? tria her rotus supuz
 elyphas sermo utabat **I**n quo ad
 ondendu deo iob pcc^o fuisse sub-
 iectu. et io adusa tolerasse. pport
 int? ceti fragilitate qdion hui-
 ne ex qua nullus pt psume se i-
 mune a pcc^o **H**inc g iob sumit
 sue rois uau. certu e em q ex
 fragilitate rddion hime. nullus
 homo immuis e a pcc^o qntuqz
 iustus appareat. si tu i uiris iustis
 no sut pcc^o gma et mozia sed
 sut in eis pcc^o leuia et uenialia q
 ex negligencia et subreptoe puei-
 unt **S**i aut hoc eet vni q elyphas
 asseru videbatur. q ppe pene per-
 ratoru eent adusitates pntu uite
 sequetur q p gma pcc^o gmoies
 adusitates homies parentur et
 p leuia leues et sic ne iusti mny
 graubus adusitatibus subiareret
 qd paret esse flm. **H**ac ergo roez
 iob rot? dispurioez elyphas pport

Vn dicitur Respondens aut iob
dixit **V**tinā appenderent^r peccā
mea quibus mē merui. et calā-
tas quā pauior in statera. q. d. **N**ō
possum dicere in me nulla eē peccā.
confido tamē in me nō eē grāua
et mōzlia s. ueiālia. si ergo pro
peccō huius mē r. penā merui a deo
debuissent in statera iusticie appēdi
calātas et peccā ut s. equalitate
altri r. nō dēt s. adūsitates appet. mltro
maior. et hoc est qd subdit **Q**uasi
harena maris i. p. abilit^r h. s. calā-
mitas grauior apparet. **S**i s. ma-
ellyphas uera eēt q. adūsitates i.
hoc mūdo ifligant^r s. h. s. p. p. p. p.
cū appareat multos sceleratos q. p.
peccā p. p. iob q. p. p. q. i. nulla ha-
rena erat q. p. d. leues adūsitates
sustinere. **E**x hoc aut p. p. d. ul-
tius ad se excusandū a tristitia
quā uerbis expresserat dices **V**n
uerba mea dolore sūt plena. qd
concludendo infert quia dolor ex
adūsitatis magnitudine causabat^r
Causa aut doloris subiungit du-
plicem **C**ausatur ei dolor m. d. u.
ex hys q. aliquis i. p. p. s. e. **I**n-
dū uō ex hys que p. p. s. i. a. erat
dicens **Q**uasi sagitte d. m. in me
sunt **I**n quo se ondit ex p. p. s. d.
se fuisse afflictū **N**ā sagitta ex
rimotis et p. p. s. d. u. e. **E**t ut on-
dat magnitudine p. p. s. i. o. n. sub-
iungit **Q**uāru indignano ebibit
sp. m. m. e. u. me resp. i. a. e. nō p.
misit s. s. t. o. l. u. t. q. u. i. t. i. p. m. m. e. u. i. r. u. i.
ac consolationē eē poterat sustulit
Dem ondit cam. doloris ex hys q.
p. p. t. i. e. b. a. t. d. i. c. e. s. **E**t t. r. o. e. s. d. n. i. m.

litant cont^r me **S**olent afflicti
in spe melioris status consolari s.
cū post afflictionē a. qu. s. u. i. m. s. i. l. i. a.
uel maioza timet. nulla videtur
esse consolatio r. s. i. d. u. a. **P**osset aut
aliquis dicere. causā quide doloris
habes s. ex ea in u. b. a. d. o. l. o. r. i. s. n. o.
deberes p. r. u. p. e. **C**on^r que m.
dit iob ex hys q. in aly. s. a. i. a. l. i. b. u. s.
i. u. e. i. u. m. **H**omo ei est filius aly. s.
a. i. a. l. i. b. u. s. in nā sensitua v. n. e. a.
que nam sensitua p. s. e. q. u. i. t. n. o.
lit affit hoi sicut et aly. s. a. i. a. l. i. b. u. s.
qd aut nāle est nō p. t. r. o. l. u. i. t. a. t. i.
Iuuetur aut in aly. s. a. i. a. l. i. b. u. s.
q. afflictionē cordis ore exp. m. a. t.
et hoc est quod dicit **N**ūq. rugiet
onager cū habuit herba aut mi-
giet bos cū an. p. s. e. p. e. p. l. e. n. i. s. t. e. t. e. t.
q. d. nō rugiet onager et nō mi-
giet bos cū m. o. d. o. u. i. c. t. u. c. a. r. u. e. r. i. t. **I**n
quo apparet naturale eē a. i. a. l. i. b. u. s.
q. m. i. o. r. e. a. f. f. l. i. c. t. i. o. n. e. e. x. p. m. a. t.
u. o. c. e. **R**ursus aliquis dicere posset
Naturale est q. dolor cōceptus exp.
m. e. t. u. r. u. o. c. e. s. h. o. c. a. d. s. a. p. i. e. n. t. e. n. o.
p. t. i. n. e. t. q. e. x. q. u. i. b. u. s. c. u. i. q. c. a. u. s. i. s. t. r. i. s. t. i. a.
t. o. r. d. e. c. o. n. p. i. a. t. s. u. n. t. s. t. o. y. n. i. p. p. o.
s. u. e. r. u. t. **E**t hoc ondit iob eē con-
natura s. e. i. t. i. u. a. **N**ā s. i. u. s. nō p. t.
refuge i. d. q. d. e. s. t. n. o. r. i. u. m. u. e. l. m. o.
u. e. i. e. n. s. e. t. i. o. d. i. c. i. t. **A**ut ponit q. d.
d. i. m. s. u. l. s. u. q. u. o. d. n. o. e. s. t. s. a. l. e. c. o. n.
d. i. t. u. q. d. n. o. q. u. a. h. u. i. o. i. m. s. i. p. i. d. a.
nō cōueniunt delectatiōi gustus et
s. i. l. i. e. a. q. u. e. nō s. u. t. d. e. l. e. c. t. a. b. i. l. i. a. nō
p. t. r. o. z. h. o. i. s. l. i. b. e. n. t. a. r. c. e. p. t. i. u. e. e. t.
et noxia v. n. s. u. b. d. i. t. **E**t p. t. a. q. u. i. s.
gustare qd gustati affit morte

q. d. nō. **E**t sicut hoc impossibile ē
 in sensu extiori Ita impossibile ē
 q. ea que p. fetus maiores appre-
 henduntur ut noxia sine tristitia
 recipiatur. **S**z quia sapiens
 licet tristitia patiatur eius tri-
 stitia a tristitia nō absorbetur. **D**icit
 iob qm̄ q. licet tristitia patet
 maxima tñ ei erat sollicitudo et
 timor ut con- tristitia tueretur
 ne per tristitia duceretur in aliud
 vitiosū qd ut lataret poptabat
 morte. **E**t ad hoc expmēdū sub-
 dit aūc em̄ esurienti etiā amara
 dulcia esse videntur. **Q**ue p̄us
 tangē nolebat aīa mea m̄
 pre angustia tibi mei sūt. q. d.
 ea que prius aīa mea abhorrebt
 nūc delectabilis appetit. **E**t que ista
 sunt ondit dicens. **Q**uis det ut
 ueīar petino mea. ut hāc petino
 nē nō ore tñ sed etiā itimo corde
 se pponē ondit subiūgit. **E**t quod
 expecto t̄buat michi deus. et q.
 sit ista petio ondit dicens. **Q**ui
 cepit s. me affligē. **I**p̄e me cōcreat
 s. per mortē. et hoc est qd dicit
Soluar manu suā et succidat me
 manu dei dicit potēā diuinā q.
 ipm̄ deus afflexerat. que quidē
 manus quodā mō videt̄ ligata
 dina uolūtate ac mīa dū affligē
 desistit. soluit̄ aut quodā mō dū
 ad finē occision̄ p̄ussio diuina
 p̄ducatur. **E**t quia dixerat ea que
 p̄us tangē nolebat nūc r̄bos su-
 os esse. ondit quō hoc sit itelli-
 gendū. quia s. mors que sibi fue-
 rat horribil̄ nūc effrā est dulce
Dū subdit dicens. **E**t her n̄ sit
 consolans ut affligens me dolore

s. deus nō pat̄ r. nō trahat manu
 suā s. me ad mortē p̄ducatur. **E**t
 quare hoc opz ondit per hoc qd
 subiūgit. **N**ec condici sermoibz
 s̄a r. dei hoc est eius v̄ndis sine
 sentēcijs quibus me affligit. tie-
 bar em̄ iob ne p̄ afflictioēs mlt̄-
 tas ad ipanāz deduceretur ita q.
 rō tristitia q̄p̄mē nō posset ipanē
 aut rōe m̄ rō aliam? adeo q. a
 tristitia deducatur q. diuis uidi-
 cis condiciat. **S**i nō alijs tristi-
 tia quidē patiatur s̄m̄ se sitina
 p̄tē. si rō diuine uolūtati q̄formet̄
 nō est ipanē defcūs et sic frust̄
 elyphas arguebat iob ubi dix-
 erat. nūc uenit sup te plaga et
 defecisti. licet em̄ tristaretur nō
 tñ defecerat. **D**em̄ assignat rōez
 ex propria fragilitate quare
 timebat ne ad hoc p̄duceretur ut
 condiciat sermoibz s̄a r. dei h̄gōi
 timor ex dupl̄i causa tolli possz
 p̄mo quidē si tanta sibi eēt fortitu-
 do ut nullo mō superari posset sicut
 est in illis quozū est liberū arbitiū
 per grām cōfirtū s. hāc fortitu-
 dine in se nō semebat. **D**ū dicit
Que est em̄ fortitudo mea ut sus-
 tineā s. quāstrūqz t̄bulatiōes. **1**o
 si t̄bulatiōes et tristitia aliquo
 breui tpe tolerāe oportēt et ad
 hoc r̄mouēdū adūgit. **A**ut qd
 finis meus ut patiet̄ agā. q. d.
 quis t̄m̄m̄ t̄bulatiōibz meis
 positus est ut usqz ad istū expec-
 tans possū p̄sumē me p̄tinam
 suaturū. et ad eozū expositiōez
 subiūgit dicens. **N**ec fortitudo
 lapidis fortitudo mea. **F**ortitudo

em lapidis est sine sensu. fortitudo
aut hois cu sensu eoru q noxia st
p quod subdit Nec caro mea e
nea est. r sine sensu quia qm qz
ro hois moibus fortis sit tu nre
e ex pte carnis expiatur sensum
doloris Et p hoc excludit mre
piano elyphas qui estia m bto
iob arguebat Si ei eet m beato
iob fortitudo mentis aderat tn
ex pte carnis sensus dolore que
tristitia sequebatur Sic ena per
hoc opimo cofutatur stonozu di
centiu sapiente no tritari. cu
opionis elyphas videtur fuisse
ctus aut iob hoc defende mredit
q sapiens tristatur quide si ad h
studet per roem ut ad irouerens
no deducatur qd ena pypareta
posuerit

Et ecce no est auxiliu michi
m me r. Qnderat iob m
predentibus robur se dolore se
fisse s; tamen dolore no ee absorp
tu p ea que passus erat s; quia
m dū homo adusa passus ita se
suo et alieno auxilio et solatio rot
adusarios tuetur ut ul pum ul
nullu dolore inde gnciat vlt
onde se būs iob huoi r medys
esse destitutu ut ex hoc appareat
euidencius se robur vba doloris
protulisse Et pmo quide se ondit
pdns r medys esse destitutu ex p
sona sua cu dicit Ecce no est auxi
liu michi m me. et si em bona ei
aliqua fuissent directa posset h
absq estia tolerae si se posset ad
iunire ad recupanda bona aissa
et ad vdicanda iuria illatam
s; h no poterat oib digne filijs

aliqua

proprii corporis salute destituta
Rursus p nosipos multa no pos
sum q possim p aicos et io iob
ondit 2o se ena auxilio doestho
destitutu ee cu dicit Et nri qz
mei. r familiare et domestica re
cesserut a me Et q hoc non sit
sine culpa istozu ondit dicens
Qui tollit ab aico miaz s. m tpe
miserie. noze dm deliquit. r re
uenciu qua dz hre ad deu p
que et m quo diligendus e p p
qui ei no diligit frem suu que
uidet. deu que no uidet quo dila
ge pt ut dicit pme iohis qro
Dem ondit se ena a q sanguineis
esse delutu dices ffres mei. r
rosanguinei pterierut me lo
ad similitudine sub m via ircedem
ar si uno cadente m fouea ali
nichilo pteriant eo dimisso
Et quide aliquatit excusabiles
eent si p qz aho tpe auxiliu tu
lissent. eu dimississet ul p tedu
uel desparone aduicadi Et io
ut excusabiles sint ondit se
statim et subito ab eis ee delutu
quod signat cu subiugit Fuit
torrens qui raphi tuisit m roma
libus. qui maxie mouetur et ne
hoc ipune se ferisse credat dicit
Qui timet puma irruet sup
eos mx. quasi dicit qui p noze
mioris piculi a iusticia et ma
discredit m maiora picula dedu
retur Vn et ffres iob qui eu p
terierut opari noletes ipi est
na m pphis dapnis sustinebant
Et q picula eoru sint futua in
r medio ondit subdens Tpe quo

fuerint dissipati i tpe in quo in-
 current aliqua picula **p**ibit s. tōli-
 et ut incaluerit soluentur s. de
 loco suo. **Q**uod in methaphora
 nūis de qua fecerat mēione
 que confirmā fuit per cōgelatio-
 nē nō statim ad solis calefctōnē
 dissoluitur. **S**ed nū adhuc nō est con-
 gelata statim ad radium solis dissoluit²
 et fluit. hoc est ergo qd dicit **U**t in-
 caluerint soluentur de loco suo s. sta-
 ti ad p̄mū ipetū adūsitatis q̄i cuius-
 dā calorē tota eorū prosperitas
 dissoluitur. **E**t cūm ondit dicens
Inuolūte sūt semite gressū eorū
Illud em̄ quod inuolūte in seipsū
 tū quadā tortuositate redit. **I**llorū
 ergo semite inuolūte sūt qui in con-
 sanguineis et amicis nichil nisi
 propam uolūtate q̄rūt. **E**t p̄ hoc
 in tpe prosperitatis aīnā simu-
 lant sed in tpe adūsitatis dereliquit
Sic hoīes qui fraudulent̄ propam
 utilitatē querūt **P**lerūq; a sua spē
 deficiūt. et iō subdit. **A**mbulabūt
 in uacūū. tūc em̄ aliqui dñi abu-
 lare in uacūū qm̄ a fine ambula-
 tiōis deficiūt. et nō solū spes euacua-
 bitur s. etiā eis cōtrariū accidit.
Vn̄ sequitur. **E**t peribūt i totalit̄
 destruēntur. **S**ic ergo neq; in serpo
 neq; in domesticis neq; in cōsangu-
 neis auxiliū hēbat. **C**onsequēt
 ondit qd etiā neq; in alijs aīris.
Considerate scētās thēmā itineā
 saba. In quibus r̄gōib; maxie ui-
 debatur aīros hēre. **N**ā elyphas de
 thēmā uenerat. **E**t expectate pau-
 lisper considerantes an alijs per-
 has uias uenerit ad auxiliū michi

offerendū et hoc uidebitis. quia cō-
 fuli sunt s. uēire ad me. quia speraui
 i quia tempus erat in quo auxiliū
 ab eis sperare debebā. **H**oīes et qui
 auxiliari nolūt confundant. **V**isi-
 tare illos a quibus existimat sibi
 rōbilis posse peti auxiliū. **V**ene-
 rūt quoq; aliqui s. eorū usq; ad me
 et pudore coopti sūt. quia s. michi
 nō dederant auxiliū tū cōgsceret
 se debere. **N**eq; est mirū de alijs tū
 et uos qui sapientes uideim̄ in hoc
 deficiatis. **V**n̄ subdit. **N**ūc uenistis
 et mō uidentes plagā meā timēt
 ne forte oporteat uos s. michi auxi-
 liū ferre s. nō timeatis quia in
 nullo ur̄m auxiliū requisīui. neq;
 em̄ rogo. ut subueniatis michi in
 denarijs. et hoc est quod dicit. **N**ūq;
 dixi afferte michi et de subā ur̄a
 donate michi. neq; petij a uobis
 auxiliū cont̄ hostes et hoc est quod
 dicit. liberate me de manū hostiū
 et de manū robustorū eruite me.
Neq; petij a uobis auxiliū doctrine
 et hoc est quod subdit. **N**ūq; dixi
 docete me in speculatis. et ego tace-
 bo et si quid forte ignorauim̄ instrui-
 te me s. agendis. **N**ec solū uos auxi-
 liū michi nō p̄bens s. etiā q̄ntū i
 uobis est me ūbis affligitis. et hō
 est quod subdit. **Q**uare detristis s.
 mōibus ueitatis. quos s. protuli in
 mea lamētatiōe quā elyphas r̄pre-
 hendē in sub est ut dñi est. **E**t ut
 hec detractio ondat̄ r̄excusabil̄
 excludit oīa illa quibus alijs r̄ep-
 hensor a detractiōe possēt excusari
 quorū p̄mū est tū quis maiorū aīrū
 aliū pro culpa r̄iphendit. et hoc ex-

aut suam intendit iob reprobae
 et vult unde qd pns vita hois no
 heat in se ultimū fine hois s; qpa
 tur ad ipm sicut motus ad quietē
 et via ad finem. et id qpat illa
 alijs statibus hoim qui tendunt
 ad aliquē fine s; statui militū
 qui militando ad victoriā redūt.
Et hoc est quod dicit *Quilicia est*
vita hois sup trā. ac si dicit. vita
pns qua sup trā unim. Ino est
sicut status victorie. s; sicut status
miline. Copat enā eā statui mer-
cenariorū. et hoc est quod subdit
Et sicut mercenarij dies eius s; sup
trā vivētis *Copat aut vitā pntē*
hys duobus statibus p duo que
immet hoī ut s; resistat ipedi-
mentis et noxiis. et p hoc qpat
miline. Et ut opetur utilia ad fine
et ppt hoc qpatur mercenario
Ex utroq; aut extremo dar' intel
ligi pntē vitā dīne providēcie
subdi *Nā et milites sub dūce mi-*
litant. et mercenarij a prono
opis mcedē exprant. Satis est
ex hys duobus appet flitas fine
quā defendebat elyphas. Mā-
festū em est qd dux exercitus stre-
nūis militib; nō pcur a pūulis et
laboribus s; qd milicie rō exigit.
Inrōū eos maioribus laborib; et pi
culis exponit. *s; post victoriā adep-*
tā magis strenuos plus honorat
Et sic pūculas mercenarijs melio
ribus melioēs labores gmittit sed
m tpe mcedis eis maiora munē
ra largitur. *Un nec dumna pū-*
denā hoc habet ut bonos magi

ab adūsitatibus et pntis vite labo
 ribus eximat. s; q in fine eos magi
 rimunerat. **Quia ergo ex hys ubis**
elyphas tō s; subruit. ad eorū cō
 firmacionē iob intendit enā ea ef
 ficaci rōne demrāre. **Manifestū est**
em qd quelib; res adeptō fine suo q-
escit. *Un necē est qd ipā volūtas hū-*
na tū ultimū fine cōsecuta fuit in
illo quiescat. et ulterius ad alia deside-
randa nō moueatur. hui' aut cōt-
rū in vita experimur. Nā sp homo
quasi nō cōtentus pntib; futūa desi-
derat. Un māifestū ē in hac vita
ultimū fine nō esse. s; hāc vitā or-
dinari ad alū fine sicut ordiatur
milinea ad victoriā. et dies merna-
ry ad mcedē. Sciendū est aut qd ea
que in pnti vitā sūt nō sufficiūt s;
desideriū tendit in futura p duo.
s; p afflictioēs pntis vite. et p hoc
inducit ex m cerui desideratū ubrā.
dicens. *Sicut ceruus. ab estu afflicto.*
desiderat umbrā qua refrigerat.
Et propt' defcū pnti boni. et final
quod huc nō hētur. et propt' hoc po
nit exēplū de mercenario dices. **Et sic**
mercenarius pstolatur fine opis sui.
pntm em bonū est operis finis. **Sic**
et ego habui mēses uacuos. r reputavi
mēses pntos michi uacuos pteisse.
utpote in quibus pfrōne finale
adeptus nō erā. **Et noctes qeti de**
pūtas cont' afflictioēs laboriosas
emīavi michi. r reputavi ac si eēt
laboriose quātū in eis retardabat
a cōsecutioe finis. **Quō aut hūit mē**
ses uacuos et noctes laboriosas expo
subdenō. **Si dormero. r si fuit tēp**
dormiendi de nocte. dicit qm cōsurgā

exoptans die et rursum feco die exspecta-
bo uespera. Sic sp in futurum per de-
siderium tendens et hoc quidem omnem
est omni uicem super terra si plus et
minus seruit horis si magis et
minus gaudys seu tristis afficiunt.
Na qui in gaudio est minus deside-
rat plus futurum. plus autem qui in
tristitia. et id ut iob illud desiderium
uehementis in se esse ostendat. subiungit.
Et replebor doloribus usque ad fessum
propter quos dolores prius tempus fit
in tediosum. et futurum magis desidero.
Induta est caro mea putredine
Ondit super brachia iob consolatio-
phas ex promissione felicitate in
uita terrena fuisse meptam ex generali
condicione uite horis super terra. **N**unc
autem ostendit intendit eandem consolatio-
ne meptam esse ex sua propria condicione.
Et proponit duo que impediunt ipse
exspectare prosperitate super terra. quorum
primum est infirmitas corporis qua pa-
rebat. horum enim generalis infirmitate de-
tento nichil potest contingere quod in hac
uita ipsum faciat felicem. et id dicit
Induta est caro mea putredine
quod dicitur vnde dicitur cuncta est caro mea
putredine ulcerum sicut corpus cunctum
datur uestimento. **E**t quia ulcera
a principio curata ad sanitatem per-
ueniunt ostendit vulnera sua neg-
lecta fuisse. unde dicit. **E**t sordibus
pulueris. **N**on enim erat debito modo
curata. quia ad leuam in sterquilino
limo sedebat ut super dicitur est. **E**x-
spectatur autem sanitas aliquando etiam
si ulcera sunt neglecta quoniam natura
est fortis. si in iob uigor non defice-
rat. **U**nde dicitur. **C**arnis mea aruit

et contracta est. quia si humor naturalis
iam consumptus est. uel pro senectute. uel
propter infirmitate. unde non videtur
locus ut in hac uita ulterius felici-
tate exspectet. **Q**uia est quod plurimum
tempus uite sue iam preterierat unde
modicum tempus restabat nec in
eo poterat felicitate exspectare et
propter hoc dicit. **D**ies mei uelociter
transierunt quasi a texente tela succidit.
Vita enim horis quantum ad aliquid est
sicut texture. sicut enim ille qui
textit tela fila filis adiungit ut ad
perfectiorem tele pueriat qua perfectam
eam succidit. sic ad hoc quod uita ho-
minis perfectatur dies diebus ad-
unatur. cum autem fuerit perfecta tollit.
Idem autem dicit quod uelociter transierunt
dies quasi tela succiditur quia in opere
tele. textor interdum quiescit si tempus
uite horis absque quiete quasi labitur.
Quia possit aliquis dicere quod licet
plurimum tempus uite eius transie-
rit. adhuc tamen possit exspectare re-
ditum ad statum uite preterite. **P**ro-
suerunt enim aliqui quod post mortem
transactis plurimis annorum cunctis
homo rediturus erat ad eandem
uite seriem quam prius egerat ut puta
quod plato in futuris temporibus leu-
rus erit athenis et eandem acturus
que prius egit. et sic homo licet
plurimum tempus uite eius transierit
tamen posset exspectare restitutionem
beneficentis in uita terrena. **E**t
id ad hoc rimouendum subiungit
dicens. **E**t consumpti sunt absque ulla
spe. redendi si ad pristinos dies
Et ad hoc probandum subiungit
ad deum loquens. ad quem ab illo loco

milicia est uita hois sup tra ic in
 Denur dixerisse sermone dicens. me
 mento quia uetus est uita mea. i
 ueto silis. sicut em uetus ptuset
 et ult no ruertitur. Ita uita hois
 cu ptuset no redit. Et hoc subd
 Et no reuertetur oculus meus ut
 uideat bona s. treme uite que quo
 da habui et nuc amisi. Et sicut cu
 uita mea pterierit ego no ruitur
 ut uideā bona trena sic n uidebor
 ab oculo treno. In sequit. **Uer** aspi
 ciat me uisus hois. Post aut hec
 duo ut signifcet q no ruertetur
 ad conuersionem hūna que maxie
 consistit in uidere et uideri. Na
 uisus cu sit subtilior sensum pna
 patu tenet in uita sensibili. S
 quis post morte ab ocul hoim se
 dixerat no uidendu. cofitet tu
 se uidendu ab oculo dno et hoc
 est qd subdit. **Oculi** tui in me si
 erūt. Deo em mortui cōspirui sūt
 qui spūalia stuetur. quia mortui
 sū aiāz uiuūt. no sū carne qua
 uisus hois aspice pt. Posset aut
 aliquis ex hoc intelligē. q oculi
 dei respiciūt mortuū no sū stati
 pntē sicut respicit futura quasi
 homo mortuus itim rediturus sit
 ad uitā quā dimisit. et iō ad hoc
 excludendu subiūgit. **Et** no sub
 sistā. s. q. d. sic dno q oculi tui in
 me erūt post morte. q tu pmod
 iterato no subsistā in statu hui
 uite treme. et hoc pbat per simile.
 n subdit. Sicut qsumitur nubes
 et ptuset sic qui descendit ad ife
 ros no ascendet. **Quit** aut mor

tui ad ifernū descendē. uel quia sū
 aiāz an xpi morte descēdebat. uel
 quia sū carne sub tra ponit qtu
 em ad pne ptinet nichil differt quo
 expmatur. nichil em dicit uult nisi
 q mortui no redeūt ad uitā ptita
 et hoc probat in quadā siti probanoē
 sufficienti. Sicut em phs docet in 2o
 de gnatione tā in corpib corrūp b
 q in corpib icorrūp b. quidā cūlarē
 motus apparet. s. hec est dīā quia in
 corpibus celestibus sū cūlacionem
 reueratur idē nūo. sicut idē sol nūo
 qui occidit redit ad ortū. et hoc iō
 quia subā no corrūpitur in tali mū
 tione s. solū mūtur. In motu uero
 gnābilū et corruptibilū no redit
 idē nūo sed idē spē. Patet em q sū
 cūlarē motū solus cūlacio quidē
 sit in dispōne aeris. Na in hyeme
 sūt nubes et postea in estate con
 sumūtur. et itim in hyeme redeūt
 nubes. no tū eedē nūo s. spē. quia
 ille nubes que pū fuerūt oīo dis
 perierūt. Et sū est in homibus.
 Nūq hōem hoies redeūt per gnā
 tioēs qui pū fuerūt. s. solū sū spē.
Ex hoc patet solutio rois eorū qui
 ponebat reditū ad eandē uitam
 et ad eosdē actus. Credebat em q
 infioza disponūtur sū motum
 corpū celestū. vñ cū redierit
 eadem cōstellacio post plūa tpm
 spacia. credebat q eedē res nūo
 ut dem est sed solum silis est sū
 spē. Ponebant em isti q homo
 mortuus post cta tpm spacia no
 solū ad uitā rediret s. etiā ad easdē
 possessiones et domos quas primū

habuit. et ideo ad hoc excludendum subi-
iungit. Neque reuertetur ultimum in domum
sua. **N**onebant etiam quod eadem opera actu-
rus erat que prius egit. et eandem effi-
cacia et dignitates hiturus. **U**n ad
hoc excludendum subdit. Neque cognoscet
eum **h**ic locus aplius locus eius. et non
rediet ulterius ad locum suum. **E**t accipit
hic locus pro statu persone. illo modo
loquendi quo dicitur consuevimus. **I**lle hi-
loni magnam in civitate. **I**sta ma-
nifestum est autem quod iob resurrectionem
hic quam fides asserit non negat. sed
reditum ad vitam carnalem quam iudei
ponunt. et quidam philosophi posuerunt. **U**-
t etiam hic contradicit narrationi
scripture de hoc quod aliqui sunt resus-
citati ad vitam perpetuam. quia aliud est
quod miraculose agitur. aliud est
quod agitur secundum cursum nature prout
hic loquitur iob. **C**onsiderandum
est etiam quod super dixerat. memento
quia vetus est vita mea. non ideo
dixit quia in deum oblivio cadat sed
loquitur ex hypothesi positionis
adversariorum. **S**i enim deus remitteret
et homini vitam quasi iam preter-
runt bona in hac vita frenam. in-
deretur quasi oblitus quod vita ho-
minis ad modum veteris sui reditu fuit.
Quam pro ego non parca ori meo
postquam ostendit iob consolationem ely-
phas promittentis prosperitatem
frenam fuisse incongruam per rationes
consuas. **N**unc ostendit deducendo
ad inconuenientiam. quia si ista consolatio
imtentur que ex spe frenae pros-
peritatis sibi ab elyphas data erat
tunc ista spes friuola sit. ut ostensum est.

sequebatur enim quod oporteret eum in fi-
ticia remanere et doloris uerba pro-
ferre et penitus desperare. **E**t ideo
quasi contra positionem disputans
concludit. quare quia si uiam
expectare prosperitatem frenam
ut ostensum est et uos aliunde non habent
unde me consolentur. et ego quasi con-
solatione destitutus non parca ori meo
quam uerba lamentationis loquar prout
mens suggeret. et hoc est quod subdit.
loquar in tribulatione spiritus mei. **S**ed
quod tribulatio quam patior spiritum meum
impellet ad loquendum. **N**eque enim eius-
dem erat tribulatio exterior. sed tristitia
interior eximio concepta. et ideo subdit.
Confabulabor cum amaritudine anime
mee. et in amaritudine quam fabulo-
sa uerba loquar. **S**ed quod amaritudo
anime michi ministrabit. **I**nter cetera
